


TEXTOS



# COLECCIÓN DIPLOMÁTICA RIOJANA

POR

ILDEFONSO M. RODRÍGUEZ DE LAMA  
Canónigo Archivero Capitular y Diocesano de Calahorra

(Continuación)

68)

30 - I - 1137

1.030 - 15

4 - VIII - 1405

*Traslado debidamente autorizado del documento anterior.*

« Martes cuatro días del mes de agosto anno del nacimiento de Nuestro Señor Ihesu Xristo de mill e quatrocientos e cinco anos en pesencia de mi Ferrant Martines escribano publico por el concejo de Najera e de los testigos iussu scriptos; este día en la villa de Najera, en la claustra del monesterio de Santa Maria de dicha villa estando hy Iohannes Ferrandez de Arratia, alcalde ordinario de la dicha villa e en toda su tierra y merindad, paresçieron y, Pero Martines prior de claustra et Iohannes Martinez de Sant Millan, monjes del dicho monesterio e presentaron ante el dicho alcalde una carta de privilegio escripta en pergamino de cuero e sellada con un sello de çera blanca, pendiente en filos colorados el tenor de la qual dicha carta de privilegio es este que se sigue :

Quia ad ultimum vite finem de die in diem per mutationes temporum currimus, opus est ut interim quamdiu vivimus bonaque possumus facere, faciamus, ne illud evangelicum: Amen dico vobis, nescio vos, exclusi a nuptiis audiamus. Eapropter ego Aldefonsus nutu Dei Hispaniarum imperator una cum coniuge mea imperatrice domna Berengaria, grato animo nemine cogente, pro salute anime mee et parentum meorum, dono ecclesie Sancti Petri de Cluniaco et ecclesie Sante Marie de Naiera, tibi que Stephano eiusdem ecclesie priori, tuisque successoribus necnon et monachis [...] Deo et Sancte Marie sub regula beati Benedicti servientibus presentibus et futi-

ris; ecclesiam Sancte Columbe que est in territorio naiarensi cum barrio Sancti Michaelis et cum omnibus terminis suis quos hodie habet aut antiquitus habuit et cum villis suis, videlicet cum Bezares, cum Arenzanana de Suso, cum Valle Maiore, cum populatione de Collado de Faia, cum Torre Sicca cum omnibus terminis earumdem villarum cum montibus et vallibus suis, cum aquis et rivis, pratis pascuis, molendinis, vineis, terris, ortis, et cum omnibus pertinentiis suis ubicunque fuerint de ecclesia Sancte Columbe quam supradiximus et hereditates quas habet in rogo et hereditatem quam habet in Naiara, cosas et moledinum et ortos et hereditates quas habet in Mahat et in Cardenes et ecclesiam Sancte Marie quam habet in Bagnos de Suso cum sua hereditate et ecclesiam Sauti Petri de Villa Nova de castello de Tobia cum sua hereditate et casam quam habet in Alasanco cum sua hereditate et suis collazis et hereditatem Ville Nove de Livrelos et Turren Venal de Fonte Maiore cum sua hereditate et cum suis canalibus et vineam quam habet in Medrano et hereditatem quam habet in Sotes et hereditatem quam habet in Genestar et decimam panis et vini illarum hereditatum quas habet rex in Legarda et in Villa Mezquina et hereditatem quam habet in Salinis de Yaniz et hereditatem quam habet in Seruslada et ecclesiam Sancte Marie de Genestaza cum sua hereditate que est in termino Sancte Columbe et ecclesiam Sancte Marie de Orbites cum sua hereditate et si quas alias hereditates ecclesia Sancte Columbe tenuit et habuit, cum ipso monasterio Sancte Columbe dono et concedo ecclesie Sancte Marie de Naiara, tibi que Stephano euisden ecclesie priori et monachis ibi Deo servientibus ut habeatis et possideatis iure hereditario in perpetuum.

Si quis igitur de meo genere vel de alieno hoc meum factum inregerit ausu nefario, sit a Deo maledictus et in inferno cum Iuda proditore sine fine damnatus et cum Datan et Abiron quos vivos terra absorbit, vivus apud inferos demergatur et quidquid de predicta hereditate iniuste prendiderit in diplom reddat et pectet imperatori mille libras auri.

Facta carta in Burgos III<sup>o</sup> Kalendas Februarii. Era M.<sup>a</sup> C.<sup>a</sup> LXX.<sup>a</sup> V.<sup>a</sup> Adefonso imperatore imperante in Toletto, Legione, Sarragoza, Nagera Castella et Gallizia. Ego Adefonsus imperator supræmemoratus hanc cartam quam iussi fieri in anno secundo quod coronam imperii primitus in Legione recepi, confirmavi et manu mea roboravi. Et ne amplius super predictam hereditatem abbas de Sancto Emiliano nomine Petrus et sui monachi vel successores eorum quibus predictam hereditatem nesciens quod de iure Sancte Marie de Naiara fuisset dederam aliquo tempore querimoniam facerent, manda-

vi Stephano priori de Naiera ut Petro abbati et suis monachis centum marchos argenti quos mihi pro predicto honore dederant, redderet, quod reddidit tali pacto ne amplius ipsi vel successores eorum iam dictum honorem quem iuste tenuerant, requirerent et in testimonium huius facti ipse abbas et monachi reddiderunt Stephano priori et naiarensi ecclesie cartam que de ipso honore meo iussu fecerant Signum imperatoris (*Signo*). Raimundus toletanus archiepiscopus cf. Petrus leionensis episcopus cf. Petrus secobiensis eps. cf. Bernardus segontinus eps. cf. Berengarius Salamantinus eps. cf. Sancius calagorritanus eps. cf. Simeon Burgensis eps. cf. Comes Rodericus Gonsalvez cf. Comes Rodericus Martinez cf. Comes Rodericus Gomez cf. Comes Ermengot de Urgel cf. Comes Lop Diez cf. Comes Latro cf. Semen Eneguez cf. Gutier Ferrandez maior-domus cf. Rodericus Ferrandez cf. Almarricus Alferiz cf. Garsias Fortunnonez cf. Melendus Bosin cf. Michael Feliz merinus in Burgis cf. Albertinus cf. Diego Munioz merimus in Carrione cf. Giraldus scripsit hanc cartam iusu magistri Hugonis cancellarii imperatoris.

E la dicha carta de previllegio vista e leida... dicieron al dicho alcalde que por quanto el dicho convento... avia de enviar el dicho privilegio a la corte de nuestro Señor el Rey e a otras partes que les era necesario e enviar resçelo que les podria ser robado o furtado o caeria en fuego o en agua o lo podrían perder... por ende pidien... que sacase o fisiese sacar del dicho privilegio original e signase con mi signo... E el dicho alcalde tomo en si la dicha carta de privilegio e catola e examinola... et fallola non rota nin rasa, nin chance-llada ni en algunt lugar nin en parte della sospechosa... mando... que sacase un treslado o dos o más. Desto son testigos que fueron presentes Pero Garcia de Nestares, monge del dicho monasterio e Pero Gomez cozinero et Ihoannes Gutierrez de Sant Ander, carpintero, vecinos de Najera e otros.

E yo Ferrand Martinez, escribano publico... que fui presente cou los dichos testigos... este traslado fis sacar de la dicha carta de privilegio... ».

*Al dorso*: Traslado autorizado de la confirmacion e previllegio del emperador don Alonso del lugar de Santa Coloma e otros lugares e heredamientos anejos a Santa Coloma.

Era de 1175; año de 1137.

69 )

9-10-1137

1.030-16

*Don Alfonso, el emperador hace donación al abad Esteban y al convento de Nájera, de la villa de Cirueña con todos sus collazos y todas sus tierras.*

« In Dei nomine. Ego Aldefonsus Dei gratia hispaniarum imperator una cum coniuge meo domna Berengaria bono animo et spontanea voluntate pro remedio anime mee et parentum meorum facio cartam donationis et confirmationis Deo et Sancte Marie de Nagera et vobis priori domno Stephano et omnibus fratribus ibidem Deo servientibus et omnibus vestris successoribus de quadam villa que dicitur Cirunuela. Hanc villam dono et concedo Deo et ecclesie Sante Marie de Nagera et vobis priori domno Stephano et omnibus fratribus ibidem Deo et beate Marie deservientibus et omnibus vestris successoribus cum omnibus collaciis suis et omnibus terris cultis et incultis, vineis, arboribus... padulibus cum intratibus et exitibus cum omni sua pertinentia preter tres sernas parvas que sunt ibi de los in fanzones. Ita dono et concedo ut habeatis et teneatis iure hereditario in perpetuum. Si quis autem de mea gente vel de aliena hoc meum donum fregerit sit maledictus et cum Iuda proditore in inferno dampnatus.

Facta carta in Burgis VII<sup>mo</sup>. idus octobris. Era M.<sup>a</sup> C.<sup>a</sup> LXX<sup>a</sup> V.<sup>a</sup> Aldefonso imperatore regnante in Toleto et Legionem, in Saragoza et Nagera, in Castella et Gallicia. Ego Aldefonsus imperator hanc cartam iussi fieri et factam manu propria roboravi. Tertio anno quo coronam imperii in Legionem accepi (*Signo*).

*Columna a)* Semenus Burgensis episcopus cf.  
Santius Nagerensis episcopus cf.  
Petrus Segoviensis episcopus cf.  
Berengarius Salamantinus episcopus cf.

*Columna b)* Guter Ferranz maior domus cf.  
Roiz Ferrant suus germanus cf.  
Diez Frolez alferiz cf.

*Columna c)* Comes Roiz Martínez cf.  
Comes Roiz Gomez cf.  
Comes don Lop Diez cf.  
Diez Marinus cf.  
Michael Veliz Marinus cf.

« Existadius scripsit hanc cartam iussu magistri Hugonis tunc-  
temporis cancellarii imperatoris ».

*Al dorso:* Donación y privilegio del emperador don Alonso del  
logar de Cirieñuela Era 1.175. Año 1137. 9 de Octubre.

N.º 1. Donación que hizo el emperador don Alonso a este mo-  
nasterio de la villa de Ciriñuela con todos sus collazos, términos y  
Señoríos.

70)

1.188

1.080 - 17

*Maria Lopez, en sufragio de las almas de su padre Lope Gonzal-  
vez y de su madre Toda Lopez que se encuentra sepultada en Santa  
María de Nájera, hace donación a Esteban, prior de esta iglesia de  
Santa María, de multitud de monasterios, iglesias y heredades, situa-  
das en pueblos de Alava, Navarra y Logroño. (Mañarieta, Urre-  
chua, Zufia, Estibaliz, Argandoña, Matuauco...).*

«(Crismón). Sub nomine Sancte et individue Trinitatis Patris et  
Filii et Spiritus Sancti. Amen. Ego Maria Lopez cogitans et per-  
tractans verbum quod dicit Apostolus: nolite deligere mundum, ne-  
que ea que in mundo sunt, quia mundus transit et concupiscentia  
eius; et iterum quod Dominus in Evangelio dicit: Thesaurizate vobis  
thesauros in celo ubi neque erugo, neque tinea demolitur et ubi fures  
non effodiunt nec furantur. Nullius agentis imperio nec suadentis  
ingenio sed solo amore Dei et desiderio vite eterne et timore gehenne  
statui et decrevi pro remedio anime mee et remissione peccatorum  
meorum et pro requie animarum patris et matris mee Lupi Gonçalvez  
et Tote Lopiz et pro animabus omnium parentum meorum; ex his que  
ipsi parentes mei reliquerunt mihi et iure hereditario successerunt  
mihi facere donationem Deo et Sancte Marie nazarensis ecclesie ubi  
mater mea tumulata requiescit et ipsis monachis de Cluniaco qui ibi mo-  
do sunt et postea futuri sunt. Dono igitur Deo et Sancte Marie et su-  
pra nominatis senioribus, domno scilicet Stephano, priori de Naiara  
et aliis omnibus, in primis monasterium Magnarieta, quod est in Su-  
fia cum omnibus suis pertinentiis, populato et heremo; et Sanctam  
Mariam de Urrecha cum omnibus pertinentiis suis que ad me perti-  
nent; et Sanctam Mariam de Horo cum Magnarieta et illud manzanere  
de Murguia cum casis de Alvaro Zuviate et Aranam quantum ego ibi  
habeo, scilicet, collazos, terras, vineas, intratus et exitus et solares  
que ad me pertinent; Sanctam Mariam de Estibaliz cum tota sua  
pertinentia. Et donavi ad servitium Sancte Marie de Estibaliz unum  
solare in Garona cum suo directatico et alterum in Arguendonia cum  
tota suo directatico et altero in Mathauco cum tota sua hereditate et

altero in Vetriguez cum toto suo directatico et in Oretia unas casas cum suo introitu et exitu et illas casas de Gallia de Assona cum toto suo directatico. Et similiter dono Sante Marie de Naiara monasterium Sancte Michaelis de Davalielos cum omnibus collazis meis et cum una mea serna et cum omni hereditate ipsius monasterii Sancti Michaelis et in Davalos unum solare cum suo directatico. Et similiter dono Deo et Sancte Marie de Naiara et Sancto Petro de Cluniasco illam villam francorum de Estivaliz, quantum ego ibi habeo intus in villa et foris villam, intratu et exitu cum tali foro cum quali eos pater meus populavit et dimissit mihi iure hereditario. Et de isto donativo quod feci Deo et Sancte Marie et Sancto Petro de Cluniasco donavi fidiatores secundum consuetudinem terre: S. Lope Enequez de Arzamendi et Gonzalo Veilez de Franco et suo germano Fortun Veilez et suo germano Gonsalvo Veilez de Rio Torto et S. Albar Diez de Sarrochio. Lope Diez de Zuazu. Albar Gonsalvez de Sancto Martino. Sanç Garcez de Urano. Fortun Alvariz de Haro. Garcia Semenez de Villa Nova. Petro Martinez de Transponte. Garcia Martinez de Arzuvia. Petro Martinez suo germano. Gonsalvo Gonsalvez de Sarachio. Lope Gonzalvez de Mendoza. Munio de Foronda. Lop Sarracinez de Zurbano. Gonzalvo de Mendoza. Gonzalvo Garcez de Gamiz. Fortun Semenez de Zurbano. Sancio Garcez de Annio. Lop Veilez de Vetriguez. Gonzalvo Veilez de Vetriguez. Garcia Munioz de Osso. Garcia Sanç de Illaraci.

Facta Carta in Era M. C. LXXVI. Rēgnante imperatore Adefonso in Toleto et Legione et Alava et Cesaraugusta et sub eo dominante Naiaram comite Lope et Michael Felicis. Comite Lope in Alava. Comite Latron in Biguera. Episcopus Sancius in Naiara. Episcopus Sancius in Pampilonia. Ego quidem Maria Lopez istam cartam fieri precepi et coram parentibus meis legere feci et lectam laudavi et roboravi. Si quis autem de mea gente vel de extranea, quecumque persona clericalis seu laicalis hoc meum testamentum seu donativum infringere temptaverit sit maledictus et anathemathizatus sicut Dathan et Abiron quos vivos terra absorbit et cum Iuda traditore habeat portionem in inferno. Insuper et ad partem Sancte Marie pariat millia talenta auri. Et hoc meum donum firmum maneat in secula seculorum. Amen.

*Dorso :*

Aperrigui: Legajo único. N. 1. Cajón XII. Donación que hizo a este monesterio Donna Maria Lopez del monesterio de San Miguel de Davalillo y Santa Maria de Oro y otras muchas cosas y haciendas en Aperrigui et Mañarieta. 1.176. Año 1.138. Original.



71)

1.138

14 - X - 1.491

1.030 - 18

*Copia autorizada del anterior documento.*

« En la cibdat de Nagera a quatorce dias del mes de octubre, año del nascimiento . . . de mill e quatrocientos e noventa e un annos, en presencia de mí Diego Manuel, escribano público por el concejo... estando sentado en juisio el honrrado e discreto Bachiller Ferrant Martinez, Tenente por el Señor Doctor Alonso Ferraez de la Peña, Juez y Corregidor de la Cibdat y su merindat por el Duque nuestro señor, paresció y presente Ferrand Martinez de Açofra monje e thesorero e vicario e procurador del prior de Santa Maria de Najera.... e mostró una carta de privilegio escrita en pergamino . . . su tenor del qual es este que se sigue: *copia en un todo la carta anterior* . . .

*Dorso :*

Traslado autorizado de la donación que hizo a este monasterio Doña Maria Lopez, del monesterio de Sant Miguel de Davalillo e Santa Maria de Estibaliz e Santa Maria de Oro en Aperrigui, con otras muchas cosas y heredades. Fue sacado este traslado de su original. Año 1.491. Legajo único, n.º 1.

72)

4 - XII - 1152

1.030 - 19

*Don Alfonso VII, el emperador y su mujer Doña Rica hacen donación al monasterio de Santa Maria de Nájera y su prior Arnulfo, de la mañería de Torrecilla de Cámeros y de la villa de Ataio, que les había entregado Doña Mayor García.*

« (*Crismón*). In nomine Domini, Amen. Quanto divitiis et possessionibus abundantius quisque videtur affluere, tanto de his que possidet Deo et veris Dei cultoribus pro salute anime sue et peccatorum suorum remissione largius debet impendere iuxta illud Apostoli: facite bonum ad omnes maxime autem ad domesticos fidei. Ea propter ego Aldefonsus Hispanie imperator una cum uxore mea Rica imperatrice et cum filiis et filiabus meis et omni generationi mea, pro amore Dei et pro animabus parentum meorum et peccatorum meorum remissione, facio cartam donationis et textum firmitatis, Deo et monasterio Sancte Marie de Naiara et vobis priori domno Arnulfo et omnibus eiusdem monasterii successoribus vestris de illa manne-

ria (1) (meneira) quam invenistis in termino ville vestre que vocatur Turrecela. Dono et concedo vobis medietatem de ipsa meneira ut ab hac die habeatis eam liberam et quietam vos et omnes successores vestri iure hereditario in perpetuum. Et si aliqui in ipsa villa vet in termino eius propter eandem menariam populaverint vestri sint cum omni suo foro sicut et ceteri qui antiquitus ibi habitaverunt. Villam etiam que vocatur Ataio que nobilis mulier Maior Garciaz pro remedio anime sue vobis donavit concedo et presenti scripto confirmo ut ab hac die habeatis et possideatis vos et omnes successores vestri iure hereditario in perpetuum. Si vero in posterum aliquis ex meo vel alieno genere hoc meum factum rumpere temptaverit, sit a Deo maledictus et excommunicatus et cum Iuda proditore Domini in inferno dampnatus et in duplum pectet regie parti mille morabetinos.

Facta carta in Carrione. Era I<sup>a</sup>. C<sup>a</sup>. LXI<sup>a</sup>. et quarto nonas decembris. Anno quo imperator tenuit Gadiexi circumdatam; imperante ipso imperatore in Toletto et Legione, in Gallecia et Castilla, in Naiara et Saragotia, in Baetia et Almaria. Comes Barchilonie tunc temporis vasallus imperatoris. Ego Adéfonsus imperator Hispanie hanc cartam quam fieri iussi propria manu roboro

*Columna a)* Rex Santius filius imperatoris cf.  
Comes Pontius maiordomus imperatoris cf.  
Comes Almarricus tenens Baetiam cf.  
Gutter Fernandiz cf.  
Ermegaudus comes Urgelli cf.  
Santius Didaz cf.  
Nunus Petris Alferiz imperatoris cf.

*Columna b)* Signum imperatoris *Signo*.

*Columna c)* Rex Fernandus filius imperatoris cf.  
Iohannes Legionensis episcopus cf.  
Raimundus Palentinus episcopus cf.  
Martinus Ovetensis episcopus cf.  
Comes Fernandus Galletie cf.  
Comes Rudericus Petriz cf.  
Vermudus Petriz Galletie cf.  
Johannez Fernandiz canonicus ecclesie beati Jacobi et notarius imperatoris scripsit ».

*Dorso :*

*Donación de la menera de Torreçilla et confirmación de Atayo por el emperador Don Alonso.*

---

(1) Mañería. Uno de los impuestos medievales como la martiniega etc., consistía en el derecho del señor a apropiarse de los bienes del que moría sin descendencia.

8 - 111 - 1.155

(1)

*Misiva del Cardenal Jacinto al papa Adriano VI, elevando al fallo inmediato de la Santa Sede, el recurso dealzada interpuesto por Don Rodrigo, obispo de Calahorra en el pleito con los monjes de Najera*

« Sanctissimo Patri et domino ac Dei gratia universali Pontifici J[acinthus] (2) eadem gratia Sancte Romane Ecclesie Diaconus Cardinalis salutem et debitam tamquam patri reverentiam. Dum diu in Hispaniarum paryibus paternitatis vestre legationem fungeremur, ex conquestione venerabilis fratris nostri Calagurritan[ensis] seu Nagerensis episcopi percipimus quod Aldefonsus Rex, Imperatoris avus, ad suasionem (3) coniugis sue (4) quam ex burgundiis acceperat, quamdam Ecclesiam Sancte Marie de Nagera, violenter intravit, expulsisque canonicis eis qui per Calagurritanum episcopum ibidem fuerant instituti, monachos Cluniacenses intrusit; quid factum tan enorme ita universis Hispaniarum finibus insonuit, quod fama hez nulla poterit temporum vetustate deleri. Nos vero cum in egressu illius terre essemus constituti, licet monachos cluniacenses presentes adessent, de causa temere cognoscere vel dicere utrique parti prefigere nequivimus. Ad instantiam igitur Calagurritani episcopi, cui in iustitia deesse non possumus, Sanctitati vestrae scribimus supplicantes, quatenus utraque parte ad presentiam vestram convocata, hec causa sub vestro examine finem debitum sortiatur. † Sigilli loco ». (5)

---

(1) Códice citado anteriormente, folio 184 r. y v.

(2) Otro Códice « Jacobus ».

(3) Id. id. « suasionis ».

(4) Se refiere a su esposa Doña Constanza.

(5) Aunque el documento no lleva data, hay que fecharlo por los días en que se celebró el Concilio de Calahorra, presidido por el Legado del Papa. Se sabe que en esta segunda Legación, el Cardenal Jacinto, presidió en 1.152 el Concilio N. de Valladolid, durante los días 25 de Enero al 4 de febrero, que estuvo en Nájera el 3 de marzo, y dos días después en Logroño (B. A. H. tomo XIV, pág. 551-555 y 562-564) e inmediatamente en Calahorra donde celebró un nuevo Concilio Nacional, al que asistieron D. Pelayo, arzobispo de Compostela, y los obispos: Martin, de Orense; Gilberto, de Lisboa; Rodrigo, de Calahorra; Guillermo, de Barcelona; Odon, de Huesca; Martin, de Tarazona; López, de Pamplona; Pedro, de Zaragoza, y los abades de San Juan de la Peña y Montearagón. En este Concilio, el obispo de Calahorra presentó sus reclamaciones contra los monjes de Nájera, que favorecidos por el Rey, se habían apode-

25 - XI - 1.155

(1)

*Najera 25 de nov. de 1155. El Emperador en una con su mujer Doña Rica y sus hijos, los reyes Sancho y Fernando, confirman al Prior Don Raimundo y a su convento de Nájera cuanto poseían por donación realenga, y singularmente lo proveniente de la dotación (Año 1.052) del rey don Garcia (Archivo H. N. tomo 1 de los cinco procedentes del monasterio de Santa María de Nájera, folio 180 r. y 181 v.*

« In Dei nomine. amen. Inter cetera que regiam maiestatem decorare videntur, summa et precipua virtus est, sancta loca et religiosas personas diligere et honorare; et eas largis dotare muneribus atque in prediis et possessionibus ampliare, ut dando terrena, adipiscantur eterna. Huius rationis intuitus, ego Aldefonsus, Dei gratia Hispaniarum imperator una cum uxore mea imperatrice domina Richa et filiis meis Sancio et Ferdinando regibus, per scriptum firmis-

---

rado de la iglesia de Santa María de Nájera, expulsando a los canónigos del Obispo.

Parece, que muerto Alfonso el Batallador, y teniendo ya los navarros su rey propio y privativo instalado en Pamplona, surge un partido poderoso adherido a la dinastía del fundador de Santa María la Real de Nájera, Don García y de su hijo, Sancho el de Peñalén. En este momento la Catedral de Pamplona, reincorpora a sí varias iglesias, que dice « le habían sido arrebatadas injustamente y por violencia de los reyes de León y Aragón, y por traición de algunos hombres infieles suyos ». (Moret: *Anales*, t. III, pág. 294 y 215, Tolosa 1.890). Se referían a las iglesias de Funes, Peñalén, Milagro, Villafranca (Elesues), Marcilla, Arlas, Rada y Ujué.

Análoga razón parecía alegar el Obispo de Calahorra, que se titulaba aquí de Nájera, ante el Cardenal Jacinto (futuro Papa Celestino III); el derecho que creía tener para rehacer y volver al antiguo estado de cosas en Santa M.<sup>a</sup> la Real de Nájera, es decir a la primitiva situación en que había sido fundado el monasterio, situación que había sido cambiada al entregar Alfonso VI a los Cluniacenses, la iglesia de Santa María la Real, y expulsar a los canónigos y Cabildo allí establecidos por el Obispo.

(1) Sobre los años 1144 a 1147, los antiguos monjes de Cardeña consiguen incorporarse a su antigua casa de la que habían sido desposeídos por los monjes de Cluny *Cronica del Real monasterio de Cardeña* parte 2.<sup>a</sup> pág. 77 y 78 Madrid 1724). Los Cluniacenses al ver que muerto su gran protector Alfonso VI habían perdido Cardeña y que hervía la acción, dirigida contra ellos por el obispo de Calahorra, para recuperar su monasterio de Nájera, en 1155, y había reclamado al Legado del Papa, para conjurar este peligro consiguen del Rey de Castilla dos diplomas que intentan asegurar la propiedad de esta casa y monasterio y son los siguientes señalados con los números 74 y 75.

simum et in eternum valiturum, dono atque confirmo Deo et Genitrici eius Sancte Marie de Naiara et vobis dompno Reymundo eiusdem monasterii existente Priori et monachis ibi Deo servientibus et omnibus successoribus vestris omnes ecclessias et clericos ipsius civitatis Naiare, simulque decimas panis et vini pecorum et iumentorum que ad ipsas ecclessias pertinent, quas rex Garsias in sua prima fundatione vobis concesserat atque ex proprio patrimonio donaverat. Dono insuper atque confirmo Sanctam Mariam de Priato et Frigidam Villam, Sanctum Georgium de Beroza, Sanctum Ciprianum, Sanctum Romanum, Sanctum Sebastianum de Eruniola, Cironiam cum omnibus suis pertinentiis, Santum Romanum de Gallinearum, Sanctum Georgium de Olia Castro, Sanctum Salbatorem de Ascensio, S. Iohannem de Grannione, S. Mariam de Tirgo, S. Andream de Trepeiana S. Michaellem de Petroso, monasterium Sancti Pelagii in Cova Cardelli; in Asturiis Sanctam Mariam de Portu cum tota sua honre; Soiolam, Uro[n]iolam, Sanctam Columbam, Sanctum Martinum de Bosca (*Valdazo, junto al río Oca*), Arenzanam superiorem, ceteraque omnia que ab antecessoribus meis regibus, vobis concessa sunt; sicut in testamentis continentur; sic donamus et concedimus pro remedio anime mee et parentum meorum ut iure hereditario ea semper habeatis et possideatis vos et omnes sucessores vestri, et in vestra semper maneant potestate. Non ego de cetero michi vel alicui eas ab eodem monasterio liceat alienare quovis modo, nec alicui dare; neque alicui licitum sit aliquid illarum accipere vel mutare. Si quis tamen, quod minime credimus, contra surrexerit adversus hanc legitimam cartulam ad infringendum, excommunicationis gladio feriatur, cum diabolo et angelis eius inferno inferiori damnetur et hanc cartam plenum obtineat firmitatis robur.

Facta carta donationis et confirmationis, notum die VII Kalendas decembris. Era M.<sup>a</sup> C.<sup>a</sup> XC.<sup>a</sup> III.<sup>a</sup> eo videlicet anno quo idem famosissimus imperator Anduxarem et Petroche et Sanctam Eufemiam accepit imperante ipso imperatore, Toletu, Legionu, Gallecie, Castellae, Nagerae, Saragociae, Baeciae et Almeriae. Comes Bachinonensis et Sancius rex Navarre vasalli imperatoris.

Ego Adefonsus imperator Hispanie hanc cartam quam fieri iussi propria manu corrobore atque confirmo *Aldefonsus*. Sancius imperatoris filius cf. Ferdinandus imperatoris filius cf. Iohannes archiepiscopus Toletanus, Hispaniarum primas cf. Vincentius episcopus Secoviensis cf. Iohannes Oxomensis episcopus cf. Petrus Segontinus episcopus cf. Rodericus Naxarensis episcopus cf. Martinus Ovetensis episcopus cf. Iohannes Legionensis episcopus cf. Petrus Astoricensis episcopus cf. Petrus Minduniensis episcopus cf. Mar-

tinus Auroensis episcopus cf. Comes Almanricus tenes Baeciam cf. Comes Poncius maior domus Imperatoris cf. Nunius Petriz Penens Monçon cf. Alvarus Petriz, frater eius cf. Gutier Fernandez cf. Garsia Garsiaz de Aza cf. Garsia Gomez cf. Comes Rudericus Petriz cf. Comes Gundisulvus Fernandez cf. Vermudus Petriz cf. Pelagius Cubus cf. Gundisalvus Roderici cf. Alvarus Roderici, cf. Didacus Ferdinandez cf.

*Rueda* Signum Imperatoris. Gudisalvus Marannon, Alferiz imperatoris cf. Adrianus notarius imperatoris per manum Iohannis Fernandez cancellarii Imperatoris, hanc cartam scripsit » (1).

75)

30 - VIII - 1156

1.030 -20 (2)

*El Rey Don Sancho de Castilla hace donación al monasterio de Santa María de Nájera y a su prior Raimundo, de la iglesia de Santa María del Puerto, que antes los había pertenecido por donación del rey don García y que después había sido tomada por la jurisdicción real.*

« ( *Crismón* ) In Xristi nomine, Amen. Quoniam regie clementia dignitatis ad hoc debet sollicito semper intendere ut omnipotenti Deo in cuius manu corda regum esse noscuntur per opera misericordie valeat sine intermissione placere et ei studeat pia intentione servire sine quo nec regnum potest habere terrenum neque acquirere sempiternum. Idcirco ego rex Sancius Dei gratia domini Adefonsi illustris imperatoris Hispanie filius cum eius consilio, consensu ac voluntate, facio cartam donationis et textus scripture firmitatis et confirmationis Deo et Beate Marie de Naigara et beato Petro Apostolo Cruniacensis monasterii et tibi Reimumdu eiusdem ecclesie instanti priori, omnibus successoribus tuis et monachis ibi Deo servientibus et Beate Marie et beato Petro apostolo de Ecclesia Sante Marie de Portu, quam ego ab antecessore meo rege Garsia in scripturis suis ecclesie naigarensi fuisse traditam comperi (spi) et postea inde sublatam regali iure meo commissam inveni; ut ab hac die habeatis predictam ecclesiam et possideatis vos et succesores vestri tam pre-

---

(1) Pero no puede acogerse sin sospecha este diploma ni sin gran recelo de haber sido amañado o interpelado para el servicio de la causa de los cluniacenses contra el obispo de Calahorra. No parece probable, que este hubiese consentido tan pronto en desdecirse o en decir todo lo contrario de lo que defirió al tribunal de la Santa Sede por medio del Legado del Papa. Esta opinión sostiene el P. Fita en B. A. H., año 1895 pág. 332 a 383.

(2) Códice atado folio 182 v.º y 183 r.

sententes quam futuri iure hereditario in perpetuum. Ita inquam do et concedo vobis eam cum terris et montibus, rivis, ac fontibus, pratis et pascuis, ingressibus et regresibus et cum terminis et directuris eidem ecclesie pertinentibus ubicumque fuerint ut serviant ecclesie nagarensi ad honorem Dei et beate Marie et beati Petri. Et hoc facio pro remedio anime mee et mulieris mee venerabilis regine domne Blanche quam in naigarensi ecclesia sepelire feci ut sit in eius memoria et in remedio anime sue. Si quis ex meo vel alieno genere hoc meum factum et donationem infringere voluerit sit maledictus et excommunicatus et pectet regie parti M. morabetinos et hoc meum factum semper maneat firmum. Facta carta in Naigara. Sub era M. C. LXXX. III, et qt. III.º Kalendas septembris. Imperante Adefonso imperatore Toletó, Legioné, Gallecia, Castella, Naigara, Sarragocia, Baetia et Almaria. Comes Barchinonie. Sancius rex Navarre vasalli imperataris. Iohannes Toletanus archiepiscopus et primas Hispanie cf. Ego rex Sancius hanc cartam quam fieri iussi meo proprio robore confirmo. Prior qui, tenuerit Sante Marie de Portu mando quod illuminet semper sepulcrum uxoris mee regine.

*Columna a)*

Rex Sancius de Navarra cf.  
Comes Almanricus tenens Baetiam cf.  
Comes Pontius maiordomus imperatoris cf.  
Comes Lupus tenens Naigaram cf.  
Comes Vela de Navarra cf.  
Goter Fernandiz de Castella cf.  
Sancius Didaci cf.

*Columna b)*

Martinus ecclesie beati Iacobi archiepiscopus cf.  
Iohannes legionensis episcopus cf.  
Martinus Pelaiz regis notarius hanc cartam scripsit.

*Columna c)*

Signum regis Sancii (*Signo*).

*Columna d)*

Reimundus palentinus episcopus cf.  
Nicolaus palentinus archidiaconus, regis cancellarius cf.

*Columna e)*

Victorius burgensis episcopus cf.

Rudericus naigarensis episcopus cf. (1)  
Fernandus Petriz maiordomus regis cf.  
Gomez Gonzalvis alferiz regis cf.  
Petrus Exemeniz tenens Ogronium cf.

*Dorso :*

*Puerto de Santoña. Leg.º 1.º N.º 3.*

*Confirmación y donación del rey Don Sancho ha esta casa de la iglesia de Santa Maria del Puerto. Era 1194.*

*En Vallid a diez y seys dias del mes de octubre de mill e quinientos y sesenta y dos años ante los señores Presidentes y Oydores... se presentó Xristobal de Madrigal en nombre del monasterio de Nagera para en prueba de su intención en el pleyto que tratan... (2):*

76)

V - 1.159

1.080 - 21

*Doña Toda vende a Don Raimundo prior del monasterio de Santa Maria de Nájera, todas sus heredades y casas de Alesón, por 200 maravedises con su alboroque.*

*«( Crismón , In nomine Domini. Ego domna Tota mea propria et spontanea voluntate cum Dei adiutorio et cum consilio honorum hominum vendidi vobis domnis Raimundo priori Sante Marie Nazarense et ad aliorum monachorum fratrum vestrorum Sancte Ma-*

(1) Acaso el titularse con insistencia obispo de Nájera, significa en este documento el llamarse a derecho preferente sobre Sta. María la Real.

(2) Este diploma y el anterior tienden a cerrar toda reclamación al obispo de Burgos por parte de Santoña y al de Calahorra, por la de Nájera, sobre las iglesias de la dotación de Santa María la Real. Si el obispo de Calahorra reivindicaba para sí el título y el derecho, que estimaba, no caducados, de sus predecesores en la catedral de Nájera, calificando de instrusión e inicua y enorme expoliación, la entrega de Santa María a los cluniacenses, precedida de la exturbación de la Sede y de la expulsión del Prelado y su Cabildo, contestaban los monarcas descendientes de Doña Constanaza y de D. Raimundo de Borgoña, que el acto, del suegro de este y marido de aquella, había sido legítimo y que lo sostenían con todo el valor de su autoridad soberana. El obispo D. Rodrigo no afirmaba ni podía afirmarlo sin incurrir en crimen de alta traición, que la corona de Nájera se detentara injustamente por la dinastía borgoñona. No sin razón especial el rey Don Sancho podía llamar antecesor suyo al fundador de Santa María la Real, porque los títulos de Nájera y de Castilla eran los de su reino. Su hijo Alfonso VIII, que había nacido poco antes, 11-XI-55, era entonces presunto heredero del reino de Navarra, toda vez, que hasta después del 1157, no tuvo hijos el monarca navarro, hermano mayor de D.ª Blanca que también firma el diploma. El cual, ya que no fija del todo, algo precisa por lo menos, la fecha de la defunción de tan llorada princesa, sobre



rie, casas et terras et vineas et quantam hereditatem habeo in Aleson per tantum quantum nos convenimus cum bona pace et bona dilectione id est per C. C. morabetinos bonos meiequinos cum suo albaroc totum complitum. Et de ipso pretio nichil remansit pro dare apud nostram partem. Ut ab isto die vel in antea possideatis vos dompnus Raimundus priori Sancte Marie et aliorum monachorum fratrum vestrorum Sancte Marie in tota illa mea hereditate quam habeo in Aleson per vender vel dare et ad totas vestras voluntates facere per secula cuncta. Et si aliquis homo de gens mee propinquus vel extraneus hoc factum meum infringere voluerit pariat ad partem regis LX.<sup>a</sup> solidos et ad vobis dompnus Raimundus priori Sancte Marie et ad monachorum fratrum vestrorum Sancte Marie C. C. morabetinos melequinos et illa hereditate suprascripta duplata vel meliorata in tali loco aut in meliori. Et de hoc factum vel affirmatum sunt fidiatores illo comite don Lop et frater eius don Sancio. Et sunt inde testes: Alfons Monioz, maiordomus de illo comite don Lop, et Petro Xemenez et suo cugnato Sancius Aznarez et Garcia suprino de illo episcopo et Lope Momez Alcahet de illo castello et illos alcaldes dompnus Garsia Salvador et Pardo et Gillelmus Aldoini et Ihoannes de Burgos et Giraldu et Brun filius Arnulfi et Helias cambiator et Bernardus cambiator et Gibraldu sellero et Petro Droas et Ferragut filius Mainardi et Godaffre Alamont et gener eius loanet et Bernardus Cessurro et Stephanus Richart et Iohannes Malgarnit et Guillelmus Pectavin et Bernardus Joffre et Garcia de Falces et Gonzalvo et Lop.

---

cuya losa funeral la depuso Don Sancho de Castilla, acompañándole el tributo de honor y eterna memoria que declaraban cinco dísticos leoninos, escritos por no vulgar poeta:

Nobilis hic regina iacet, que Blanca vocari  
promeruit; lillio candidior niveo  
candoris pretium, festinans gratia morum,  
Femineo sexus hac dabat esse decus  
Imperatoris natus rex Sancius illi  
Vir fuit; et tanto laus erat illa viro.  
Partu pressa ruit, et pignus nobile fudit;  
Ventris virginei Filius adsit ei.  
Era millena, centena, nonagessima quarta  
Reginam costat hanc obiisse piam.

Entre las fechas de ambos diplomas se colocan próximamente, las del nacimiento de Alfonso VIII y de la muerte de su madre. Las oraciones que debieron prometer los monjes de Nájera, dispondrían sin duda a las concesiones que hemos visto. De todos modos hay, que poner muy en duda la autenticidad de estos dos documentos.

Facta carta in Era M.<sup>a</sup> C.<sup>a</sup> LXXX.<sup>a</sup> VII.<sup>a</sup> mense maio. Regnante domino nostro regi Adeffonso filio de rex don Sancio, de Logronio usque in S. Facundi et per tota Extremadura usque in Toletto Sub eo comite don Lop dominante Naiaram. Garcia Stefanez merino. Petro Pelaez et Dominicus Navarro Saiones Petro Garcez, merino de Santa María et Fortes, saione Discurrente iudicio, Dompnus Garcia Salvador et Pardo, alcaldes.

*Dorso: Aleson, Legajo 3. n.º 3.*

*Carta de venta de ciertas heredades que mercò el monesterio en Alesòn de donna Toda. Era M. C. XC. VII. Año 1.159*

77)

4 - VIII - 1.165

1.030 - 22

*Don Alfonso VII el emperador hace donación a Santa Maria de Najera y a Santa Maria del Puerto de la villa de Ambrosero en Asturias.*

(*Crismòn*). In nomine Domini nostri Ihesu Xristi, amen. Decet regiam potestatem aliquem sibi bene et fideliter servientem donis remunerare et de bonis possessionibus in dominium et usum Deo servientium intuitu pietatis et misericordie transferre. Quapropter ego Adeffonsus Dei gratia rex Castelle et Extremature iure hereditario in perpetuum do pro animabus patris et matris mee necnon et parentum meorum et pro salute anime mee villam quam vocant Ambrosero, ecclesie beate Marie de Naiera et ecclesie sancte Marie de Portu et vobis domno Raimundo camerario et monachis ibi Deo servientibus tam presentibus quam futuris. Do inquam supradictam villam cum terris cultis et incultis, cum pratis et pascuis, cum moleninis et piscariis cum fontibus et montibus, cum ingressibus et regressibus ut habeatis et possideatis vos et successores vestri in perpetuum; quantum ibi habeo vel habere debeo ut faciatis de illa villa, quidquid vobis placuerit subpignorando vel concambiando et hoc facio libenti animo ac spontanea voluntate pro anima matris mee cuius corpus requiescit in Ecclesia beate Marie de Naiara et pro bono servitio quod mihi fecistis et facitis; et est Supradicta villa in Asturiis iuxta villa que dicitur Barzena et hoc meum factum semper sit firmum et hoc facio cum consilio et voluntate domini Lupi comitis et domini Albari Petriz. Si quis vero de mea proenie vel de extranea hoc meum factum temptare voluerit sit a Deo maledictus et excommunicatus et cum Iuda Domini traditore in inferno dampnatus et sicut Dathan et Abiron quos vivos terra absorbit apud inferos demerga-

tur et insuper pectet in coto regie parti M. libras auri purissimi et quod invasserit in duplum restituat in tali et simili loco.

Facta carta II. nonas Augusti. Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> III.<sup>a</sup> Regnante rege Adefonso in Castella et in Asturiis. Et ego rex Adefonsus qui hanc cartam fieri iussi manu propria roboro et confirmo.

*Columna a)*

Iohannes toletanus archiepiscopus et Hispaniarum primas cf.  
Petrus burgensis episcopus cf.  
Sancius avilensis episcopus cf.  
Rodericus kalagurrensis episcopus cf.  
Johannes oxomensis episcopus cf.  
Raimundus palentinus episcopus cf.

*Columna b)*

Petrus Garciez maiordompnus curie regis cf.  
Signum regis Aldefonsi (*Signo*)  
Rodericus Gundisalvez armiger regis cf.  
Raimundus Cancellarius regis scripsit hanc cartam.

*Columna c)*

Comes Lupus cf.  
Comes Nunnus cf.  
Alvarus Petriz cf.  
Gomez Gonsalvez cf.  
Gundisalvus Roderici cf.  
Gomez Garciez cf.

*Dorso :*

*Donación e privilegio que hizo el Rey don Alonso ha esta casa de la villa de anbrosero puerto. Era 1.203. Año 1.165 4 de agosto. Puerto de Santoña. Legajo 8. n.º 7*

78)

4 - X - 1.165

1.080 - 28

*El rey Don Alfonso VIII de Castilla hace donación al monasterio de Santa María de Nájera y a la iglesia de Santa María del Prado de una serna, llamada de los Olivos.*

«(*Crismón*) In nomine Domini nostri Ihesu Xristi, Amen. Decet regiam potestatem aliquem sibi bene et fideliter servientem donis remunerare et de bonis possessionibus in dominium et usum

Deo servientium intuitu pietatis et misericordie transferre. Quapropter ego Adefonsus Dei gratia Rex Castelle et Extremature iure hereditario in perpetuum do pro animabus patris et matris mee, necnon et parentum meorum et pro salute anime mee illam sernam quam vocant de los Olivos ecclesie beate Marie de Naiara et Ecclesie Sancte Marie de Priado et vobis dompno Raimundo priori Naiarensi atque camerario cluniacensi et monachis ibi Deo servientibus tam presentibus quam futuris. Do inquam supradictam sernam cum arboribus et fructectis cum terminis suis et appendiciis atque omnibus suis partibus ut habeatis et possideatis iure hereditario vos et successores vestri in perpetuum, quantum ibi habeo vel habere debeo ut faciatis de illa serna quidquid vobis placuerit, vendendo, subpignorando, dando vel comcambiando et hoc facio libenti animo hac spontanea voluntate pro anima matris mee regine domne Blanche cuius corpus requiescit in ecclesia beate Marie de Naiara et pro bono servitio quod mihi fecistis et facitis. Et est supradicta serna prope monasterium quod vocatur sancte Marie de Preado iuxta ortum de Sancho Lopez de Esganana et de filio suo Ferrant Sanz inter duas vias que vadunt ad Biguera in una iusta ipsam aquam que vocatur Hiroga et alia ex altera parte et hoc meum factum semper sit firmum et hoc facio cum consilio et voluntate domni Lupi comitis et Petri Semeniz et Alvari Petriz. Si quis vero de mea proienie vel d' extranea hoc meum factum temptare voluerit, sit a Deo maledictus et excommunicatus et cum Iuda Domimini traditore in inferno dampnatus et sicut Dathan et Abiron quod vivos terra absorbuisset apud inferos demergatur et in super pectet in coto regie parti M. libras auri purissimi, quod invasserit in duplum restituat in tali et simili loco.

Facta carta II, nonas octobris. Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> III.<sup>a</sup> Regnante rege Adefonso in Castella et in Naiara et in Astremadura. Ego rex Adefonsus qui hanc cartam fieri iussi manu propria roboro et confirmo. (*Signo*).

*Columna a)*

Johannes toletanus archiepiscopus et Hispaniarum primas cf.  
Petrus burgensis episcopus cf.  
Sancius avilensis episcopus cf.  
Rodericus kalagurrensis episcopus cf.  
Johannes oxomensis episcopus cf.

*Columna b)*

Petrus Garcies maiordomus curie regis cf.  
Signum regis Adefonsi (*Signo*).  
Rodericus Gundisalvez, armirger regis cf.

*Contumua c)*

Comes Lupus cf.  
Comes Nunnus cf.  
Alvarus Petriz cf.  
Gundisalvus Roderici cf.  
Gomiz Garcez cf.

*Dorso :*

*Nalda. Santa Maria de Priado. Era 1.203. Año 1.165. Legajo único. N.º 1. Donación que hizo el rey don Alonso el 8.º a este monasterio y al de Santa Maria de Priado en Nalda de la serna de los Olivos que hoy tenemos. Alle este privilegio entre los papeles de Sojuela con titulo de Leza o Santa María de Plano y por eso no le pongo numero para no mudar todos los demás de este legajo; Ponese en el numero 1.*

*Donación o privilegio del rey don Alonso, hijo de la reina doña Blanca de la Serna de los Olivos de Santa Maria de Plano (rasgado y corregido debajo pone « Priado »), que dió a este monasterio. Leza.*

79)

16 - 6 - 1.168

(1)

*Fueros de Cihuri y Pauleja.*

« Anno ab Incarnatione Domini M. C. LX. VIII. Regnante rege Alfonso in omne Catella et Extrematura, Rege Ferdinando eius avunculo in Galecia, Rege vero Sancio in Pampilona. Ego Garseas Dei gratia, beati Emiliani monasterii humilis minister, omnesque monachi ibidem regularem ducentes vitam, facimus cartam bono animo et spontanea voluntate vobis omnibus hominibus in villis Zofiuri (2) et Padulegga (3) habitantibus, tam futuris quam presentibus de foro quod semper debeatis habere vos et filii vestri seu generatio vestra per cuncta seculorum temporalium secula. Tale igitur donamus et corroboramus vobis forum, ut unusquisque vestrum qui sit integratus, pectet seniori domus Zofiuri in unoquoque anno singulos almudes

(1) Becerro gótico, folio 137; B. galicano, 128, folio 58; colección Minguella, doc 430 — La del Archivo H. N. es una copia tardía.

(2) *Cihuri*.—Zo — fiuri = villa del puente por el que tuvo en la confluencia del Oja y del Tirón. Nombre de origen vascongado.

(3) *Padulegga* = Pauleja; despoblado llamado hoy la Pauleja, y debió su nombre a la pequeña laguna (Palus) allí formada, por una de las 4 fuentes que menciona Madoz (Artículo = Cihuri). Este documento pertenece más bien a la documentación de San Millan.

tritici, et singulos ordei mense augusto, et singulas camelas vinei in vendimiis et singulos solidos denariorum a Santo Michaelē usque ad festum Omnium Sanctorum. Qui vero non fuerit integratus iuxta forum suum pectet quod sibi contingerit. Operamini in unoquoque anno in labore supradicte domus Zofiuri septem diebus. Donetis etiam solitum prandium in unoquoque anno abbati Santi Emiliani.

Facta carta huius fori corroborationis sub era millessima ducentissima sexta, decimo sexto kalendas iulii. Si quis vero hanc cartam et hoc forum a nobis vobis tam benigne donatum infringere tentare aut contrariare voluerit, sit a domino Deo maledictus et confusus et cum Iuda traditore in inferno submersus. Amen.

Prior Ferrandus testis.

Lupus prepositus ts.

Prior Iulianus ts.

Lupus Lopez de Villa Thovar testis, dominus Zofiuri.

Blasius sacrista, ts.

Petrus reflectorarius, ts.

Sancius comitis Lupus filius ts.

Stephanus camerarius, ts.

Eximius cellarius, ts.

Omnes seniores Sancti Emiliani sunt factores et testes. Habeatis semper in villa iudicem et saionem » (1).

(Continuará)

---

(1) Una copia incompleta de estos fueros se encuentra en la Biblioteca de Salazar y Castro, manuscrito señalado con el 021, folio 74. v.º Minguella la sacó directamente de los dos Becerros gótico y galicano del archivo de San Millán y la insertó en su colección diplomática.